

Monatlich erscheint
eine Nummer.
Preis bei der Post
jährlich 8 Mark.

Pastoralblatt

für die Diöcese Ermland

herausgegeben und redigirt von

Dr. F. Hippler, Domcapitular in Frauenburg.

Geeignete Beiträge und
Inserate (à 20 Pf. die Zeile)
sind direct an den
Redacteur zu senden.

Nº 5.

Dreifigster Jahrgang.

1. Mai 1898.

Inhalt: Erlasse der Diözesanbehörde. — Das Fest des hl. Antonius M. Zaccaria. — Die pomesanischen Diözesan-Hoden. — Diözesan-Nachrichten. — Literarisches. — Anzeige.

Erlasse der Diözesanbehörde.

1. Die kanonische Visitation betr.

Den hochwürdigen Curatclerus benachrichtige ich hierdurch, daß ich im Laufe des Frühjahrs und Sommers d. J. in den Pfarrreien der Dekanate Mehlack, Wormditt (mit Ausnahme der Pfarrei Liebstadt) und Seeburg die kanonische Visitation abzuhalten und das h. Sacrament der Firmung zu spenden beabsichtige. Die Hochwürdigen Herren Pfarrer und Curaten ersuche ich demgemäß, durch Beantwortung der Quaestiones synodales die einleitenden Vorbereitungen zur Visitation rechtzeitig zu treffen, sowie besondere Pontifical-Funktionen (Consecration von Kirchen, Altären, Glocken u. s. w.) den Herren Erzpriestern anzuseigen, welche mir dann möglichst bald davon Nachricht geben werden.

Auch möge Fürsorge getroffen werden, daß die Vorschriften des Pontificale hinsichts der bischöflichen Visitation (abgedruckt im Rituale Warmiense pag. 356—62) den Betheiligten bekannt gemacht und namentlich die dabei vorkommenden liturgischen Gesänge (Tantum ergo, De profundis, Miserere, Libera) vorher eingehübt werden.

Frauenburg, den 24. März 1898.

Der Bischof von Ermland.

† Andreas.

2. Bescheinigung des Rector ecclesiae über Persolvirung der Beneficienmessen betr.

Sämtliche Rectoren der Kirchen werden darauf aufmerksam gemacht, daß es nicht genügt, wenn die Geistlichen, welche Beneficienmessen zu halten haben, bei der Auszahlung der Beneficiengelder für „persolvirte heilige Messen“ quittieren, sondern in jedem Falle hat der Rector ecclesiae entweder auf dieser Quittung zu bescheinigen, daß sämtliche Beneficienmessen, für welche die Zahlung erfolgt und Quittung ausgestellt wird, persolvirt sind, oder es ist vom Rector ecclesiae hierüber eine Bescheinigung auszustellen und den Quittungen beizufügen.

Gleichzeitig weisen wir darauf hin, daß beim Abdruck der Circular-Verfügung des Hochwürdigsten Herrn Bischofes Geritz vom 30. April 1857 Nr. 2189 in der von Dr. A. Fuhr gesertigten Zusammenstellung der Verordnungen des bischöflich-ermländischen Ordinariats, Braunsberg 1892, ein Druckfehler vorgenommen ist. Die Verfügung lautet im Original:

„Nro. 4. Nach Verhältniß der Persolvirung erfolgt die Auszahlung der Beneficiengelder und es ist die vorgedachte Bescheinigung (des Rector ecclesiae) der Jahresrechnung oder auch der Quittung des Empfängers beizufügen.“

Irrthümlich steht dafür bei Fuhr a. a. O. S. 145: „oder auch die Quittung des Empfängers beizufügen.“

Frauenburg, den 22. April 1898.

Bischöflich-Ermländisches General-Bicariat.

Kosberg.

Das Fest des hl. Anton M. Zaccaria.

Urbis et Orbis.

Ad humillimas preces Rmi P. Aloisii Cacciari, Procuratoris Generalis et Postulatoris Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum, ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatas, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII., ex ipsius Sacrae Congregationis consulto, concedere dignatus est, ut, translato in diem VII Iulii vel hac impedita in primam diem subsequentem liberam iuxta rubricas festo assignato Ss. Cyrilli et Methodii PP. CC., alterum festum natalitium S. Antonii Mariae Zaccaria Confessoris cum Officio de Comm. Conf. non Pont. et lectionibus I. Nocturni de Scriptura occurrente et II. et III. Nocturni, Oratione ac Missa propriis, jam approbatis et concessis praedictae religiosae Congregationi, die V Iulii ab universa Ecclesia sub ritu duplici minori post annum 1898 singulis annis recolatur. Insuper idem Sanctissimus Dominus noster supradictum Officium cum Missa de S. Antonio M. Zaccaria sub praedicto

ritu in Calendario Universalis et in novis editionibus Breviarii et Missalis Romani deinceps inscribi mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 Decembris 1897.

C. Card. **Mazzella**, S. R. C. Praefectus.

D. Panici, Secretarius.

Die pomesanischen Diözesansynoden.

Durch die Bulle *de salute animarum* kam ein Theil des früheren Bissthums Pomesanien, nämlich die 5 Dekanate Christburg, Fürstenwerder, Marienburg, Neuteich und Stuhm, welche während der polnischen Oberhoheit territorial die Woiwodschaft resp. das Palatinat Marienburg ausmachten und unter der geistlichen Oberaufsicht eines besonderen Officials standen, an die Diöcese Ermland, deren Bischof die Verwaltung am 21. September 1821 übernahm.¹⁾ Es haben darum auch die kirchlichen Gesetze und namentlich die alten Diözesansynoden von Pomesanien für das ermländische Bissthum und insbesondere für das sog. Palatinat nicht blos historische, sondern auch aktuelle Bedeutung, weshalb wir zur Ergänzung unserer Mittheilungen über die Geschichte und Statuten der ermländischen Diözesansynoden neben den samländischen²⁾ auch die pomesanischen ins Auge fassen und näher kennenlernen müssen.

Die erste pomesanische Diözesansynode, welche wir kennen, wurde von Bischof Johannes II. Rymann am 26. Mai 1411 in der Kathedrale zu Marienwerder gehalten.³⁾ Die auf derselben erlassenen Statuten sind meist dem gemeinen kanonischen Rechte entnommen, besonders den letzten allgemeinen Concilien, und berufen sich nirgend auf frühere pomesanische Synoden, was gewiß geschehen wäre, wenn Sammlungen älterer Diöcesangezege vorgelegen hätten. Es gehörte viel Mut und Gottvertrauen dazu, sofort in dem Jahre, das der schrecklichen Schlacht bei Tannenberg folgte, eine solche Versammlung zu veranstalten, und die sorgfältige Redaction der ausführlichen Statuten nöthigt uns unter solchen Umständen um so größere Hochachtung vor den ausgezeichneten Männern ab, die dabei mitwirkten.⁴⁾ — Auf der nächsten Synode vom 10. Mai 1418 bestätigte Rymanns Nachfolger Bischof Gerhard die Statuten vom J. 1411, mit Abänderung und Hinzufügung einiger wenig belangreicher Punkte. Dasselbe thaten auch seine Nachfolger, die Bischöfe Johannes III.

¹⁾ Vgl. unsere weitere Ausführung über die Schicksale der Diöcese Pomesanien im Pastoralblatt 1878 S. 126 ff.

²⁾ Vgl. Past.-Bl. 1897 S. 108 ff.

³⁾ Die Nachrichten von Simon Grunau, daß schon der erste Bischof Albert († 1260) Diöcesanstatuten hinterlassen und Bischof Ludolph i. J. 1306 eine Synode gehalten habe (Chronik I, 313 u. 315) sind nachweislich falsch. Vgl. Past.-Bl. 1878, S. 125.

⁴⁾ Vgl. über Johann II. Rymann, Johannes Marienwerder und die anderen Mitglieder des damaligen Domcapitels Erml. Zeitschrift III, 166 ff. und Past.-Bl. 1889, 92 ff.

auf der Synode vom 23. September 1428, und Caspar auf der Synode von 22. September 1440, während Johannes IV. (1480—1501) Nachträge zu den bisherigen Diöcesangezegeen gab, die er feierlich bestätigte.

Wir lassen die Statuten dieser 5 pomesanischen Synoden, die einzigen, die sich noch erhalten haben und jedenfalls die wichtigsten, nachstehend in ihrem Wortlauten folgen.

Synodi Pomesanienses.

I. *Statuta synodalia ecclesiae Pomezaniensis, edita Mariaeinsulae die 26. Maii a. 1411.¹⁾*

In nomine Domini Amen. Frater Johannes, Dei gratia et apostolice sedis providencia episcopus Pomezaniensis, universis et singulis presbyteris curatis et non curatis²⁾ dyaconis, subdyaconis et clericis per nostram diocesim ubilibet constitutis salutem in Domino sempiternam.³⁾ Inter cunctas solicitudines nostras, quibus nos premit pastorale officium et debitum commissi officii astringit, illa debet esse precipua, ut correccioni excessuum nec non morum reformacioni clericorum nobis commissorum vigilanter insistamus, maxime circa parochialium ecclesiarum rectores et alios in⁴⁾ sacris ordinibus constitutos, qui per altitudinem regiminis et officii in speculo constituti quasi signum positi sunt ad sagittam. Predicta exequi compellimus, ut circa plebes et officia eisdem commissa sic invigilant, ut vita, doctrina et moribus alios ad bene vivendum suo exemplo provocent et inducant. Cupientes igitur vitam et mores eorundem quantum possumus in melius reformare, diversa Lateranensis et generalis conciliorum ac sanctorum patrum statuta cum nonnullis constitutis nostris de consensu et voluntate venerabilis nostri Capituli superadditis in presenti synodo tamquam statuta synodalia legi et publicari mandamus, atque sic perfecta et publicata vos omnes et quemlibet vestrum attendere, intelligere, observare et secundum continentiam eorundem sine transgressione vivere nec non decenter se regere vobis precipimus, sub pena synodali mandantes universis plebanis et sub pena trium marcarum firmiter iniungentes, quantum copiam presencium statutorum infra hinc et festum s. Michaelis a cancellaria nostra recipient et eadem in scriptis sic redacta in ecclesiis suis affixa habeant, ut ex frequenti oculorum intuitu eadem statuta pro reformatio et emendacione promulgata mentis memoria⁵⁾ inculcentur.

¹⁾ Textum sequimur in hac nostra editione codicis Tabularii Regiomontani (Ordensquartant Nr. 73) saec. XV. (R.), adhuc etiam codicem Bibliothecae Regiae Regiomontanae 4. Nr. 433 (fol. 1—6) ex recensione H. Jacobsohn (J) l. c. p. (147)—(161). Cod. 93 fol. eiusdem Bibliothecae, qui eadem statuta quondam exhibebat, foliis concernentibus (48—52) hodie, quod dolendum est, spoliatus est. — ²⁾ et n. curatis om. J. — ³⁾ om. J. — ⁴⁾ om. J. — ⁵⁾ memorie (firmius) J.

1. Sane cum secundum statuta canonica vicium incontinencie in clero ceteris criminibus plus detestetur, ideo illud per penarum exaggerationem de finibus¹⁾ nostre diocesis et specialiter a filiis Levi, quantum nobis possibile fuerit, propellere²⁾ volentes, presentis igitur synodi et eciam nobis a iure indulta auctoritate statuimus, ut clericci caste et continenter vivere studeant, maxime in sacris ordinibus constituti. Et plebani ac alii sacerdotes concubinas, vel mulieres suspectas, seu de quibus suspicio oriri poterit, secum in domibus post presentis (igitur) statuti publicacionem non retineant, nec non a consorcio et familiaritate abstineant earundem; si qui vero contra premissa prescriptas personas retinere presumperint, ex tunc tales preter penam a iure inflictam trium marcarum, vel saltem carceralem penam per nos infligendam incurrere volumus ipso facto.

2. Insuper statuimus, ut tonsuram et habitum habeant congruentes et pannis rubeis vel viridibus seu calciamentis nisi communis coloris non utantur.

3. Ut cingulos auri, argenti vel auricalei, seu alium ornatum metallinum habentes per transversum seu alias in publico non ferant.

4. Ut frenis, sellis pectoralibus, calcaribus ornatum superfluum habentibus non utantur. Ut clericci manicis in longum protensis more secularium personarum ac³⁾ vestibus ante, retro vel a latere scisis non utantur.

5. Item prohibemus, ut clericci arma offensiva non portent, nec artem balistariorum exercere presumant.

6. Ut nullus clericus sentenciam sanguinis dicit aut intersit ubi exerceatur, sed nec literas dicit pro vindicta sanguinis destinandas, si irregularitatem voluerit evitare.

7. Ut venacionem clamorosam, que fit cum canibus vel avibus, nullus clericus exerceat.

8. Ut tabernas nisi in itinere constituti non frequentent et officium tabernariorum eisdem exercere prohibemus.

9. Item statuimus et mandamus hortamurque per viscera⁴⁾ misericordie Christi Jesu, quatenus omnes clericci et a crapula et ebrietate, que mentis inducit exilium et libidinis provocat incendium, abstineant et ad sumenda⁵⁾ pocula eque larga se mutuo non instigent nec permittant instigare, scientes quod presbyter sine digestione⁶⁾ celebrans ab officio sacerdotali et beneficio est privandus.

10. Ut coreas et publica spectacula prorsus evitent, maxime ubi scandalum vel mali occasio possit generari.

11. Ut nullus clericus plausus manium⁷⁾ more gentili exercere, vel cantilenas seculares cantare presumat.

12. Ut clericci ad aleas et taxillos cupiditatis causa non ludant nec debent huiusmodi ludis interesse.

13. Ut omnes usuras et turpia luca evitent, mercaciones et negociaciones illicitas non exerceant, et publice prohibeant subditos suos pravitatem usurariam exercere.

14. Prohibemus eciam, ut dampnatam symoniā fugiant universi, scientes quod nullus symoniacus in beneficio per symoniā assecuto salvari potest, nisi renunciaret¹⁾ beneficio sic adepto.

15. Ut divinum officium diurnum pariter et nocturnum non syncopando verba, uniformiter more nostre ecclesie cathedralis cum quindecim gradibus, quantum dederit eis Dominus, in ecclesia devote et distincte studeant celebrare.

16. Horas vero dedicacionis templi omnes in sacris constituti uniformiter in²⁾ dominica cum sex diebus sequentibus post septimanam communem peragere studeant diligenter, nostra ecclesia cathedrali dumtaxat excepta, que has in septimana communi peragere potest.

17. Ut in ecclesiis eukaristia, crisma et baptismus sub fideli custodia clavibus adhibitis teneantur, et plebani seu eorum cappellani claves ad sacramentum per se et non per campanatores retineant diligenter, et presbyter sacramenta³⁾ deferens ad aliquem illa cum reverencia deferat, et ministracione completa moram in via non faciat sub pena synodali strictissime exigenda.

18. Item statuimus, quod lucerna cum lumine ardente et campana habeatur ante eukaristie sacramentum, dum ad infirmos portatur, et campanatores, quando⁴⁾ sacramenta⁵⁾ videlicet eukaristie, unctionis et baptismi ministrantur, in celebracionibus missarum, divinorum⁶⁾ officiorum ac processionibus superpelliciis sint induti.

19. Eukaristie quoque⁷⁾ sacramentum singulis mensibus renovari debet et lumen ardens sive lampas habeatur ante eukaristiam tempore diurno et nocturno. Et postquam vinum est corruptum, non ponatur ad conficiendum, quia cum tali non fit consecratio.

20. Ut corporalia facta⁸⁾ de tela subtili et omnia vestimenta altaris nitida et ipsa ecclesia munda a pulveribus conservetur. Et corporalia primo super fontem baptismi abluantur per sacerdotem et postea dentur honestis feminis ad lavandum.

21. Ut unus aut tres patrini et non plures sine nostra licencia puerum de sacro fonte baptismatis suscipiant.

22. Prohibemus etiam, ut nullus sacerdos pro baptismo et aliis sacramentis protextu cuiusvis consuetudinis aliquid exigit sub pena synodali; sponte tamen oblata liceat recipere potest sine pena.⁹⁾ — In-

¹⁾ ciuibus J. — ²⁾ compellere J. — ³⁾ nec J. — ⁴⁾ iscera J. — ⁵⁾ sumendum J. — ⁶⁾ digresione J. — ⁷⁾ om. R.

¹⁾ renunciaverit J. — ²⁾ om. J. — ³⁾ sacramentum J. — ⁴⁾ cum J. — ⁵⁾ sacramentum J. — ⁶⁾ diversorum J. — ⁷⁾ om. J. — ⁸⁾ sacra J. — ⁹⁾ * — * Insuper — remittat om. J.

super prohibemus, ut nullus plebanus quemquam ab in gressu ecclesie excludat, aut cuiquam ecclesiastica sacramenta ministrare recuset, vel¹⁾ aliquem excommunicet, aut se de nostris iudiciis intromittat, nisi de nostra seu officialis nostri seu commissariorum nostrorum licentia speciali, talesque sic occulte ab ingressu a iure prohibitos ad curiam nostram remittat.*²⁾

23. Insuper prohibemus, ut nullus plebanorum sacerdotem alterius diocesis sine nostris literis receptionibus in capellatum assumat, nec ignotum seu clericum peregrinum ad divina admittat ultra quindam sub pena synodali.

24. Ut omnes clerci synodo interessentes et sacramenta ministrantes superpelliciis cum stola sint induiti. Item quilibet sacerdos habens populum cuius³⁾ ydeoma ignorat provideat ei de sacerdote, qui in ydeomate et lingua eiusdem populo sit conformis.

25. Preterea mandamus universis plebanis, ut denuncient⁴⁾ populo, quod quilibet, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata saltem semel in anno confiteatur suo proprio sacerdoti et in pascha suscipiat reverenter eukaristie sacramentum, nisi forte abstineat ad tempus de consilio eiusdem sacerdotis. Transgressor presentis statuti vivens ab ingressu ecclesie arceatur et moriens christiana careat sepultura.⁵⁾ Si quis alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licenciam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, quam licenciam predictus sacerdos sibi denegare maliciose non debet. Et si modo predicto eidem licenciam dare negaverit, ex tunc auctoritate nostra habita poterit alteri sacerdoti idoneo confiteri.

26) Caveant autem sacerdotes, ne verbo aut signo aut alio quovis modo prodeant aliquatenus peccatorem. Sed si prudenciori consilio indiguerint, illud absque expressione persone requirant, cum qui peccatorem in penitenciali iudicio detectum presumserit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendus est, verum etiam ad peragendam perpetuam penitenciam in artum monasterii detrudendus iuxta statutum concilii generalis. Sacerdotes autem a nobis tenentur eligere confessores; cum nulla consuetudine introduci possit, ut aliquis sine sui superioris licencia confessorem eligere valeat, qui ipsum possit solvere et ligare.

27. Item statuimus, ut quilibet plebanus suos parochianos habeat exhortatos quod, cum ad annos discretionis pervenerint, symbolum et orationem dominicam et angelicam salutationem discant secundum formam, quam archipresbyteris trademus in

scriptis, quam singuli plebani ab eisdem recipere teneantur, ut uniformitas in talibus observetur, et ista per sacerdotes precipimus post sermonem cum confessione generali populo recitari.

28. Statuimus etiam, ut omnis plebanus ter ad minus in ebdomada missam in ecclesia sua celebret, diebus dominicis et festivis exceptis, qui sine missis esse non debent, nisi legitimis impedimentis fuerit impeditus.

29. Nullus sacerdos audeat bis in die missam celebrare excepto die nativitatis Dom. seu alias causa necessitatis suadeat. Celebrans quoque secundam missam in prima ablucionem¹⁾ non sumat, sed ministro bonam conscientiam habenti conferat, vel in baptisterium ponat.

30. Prohibemus etiam, ut nullus sacerdos de restituzione male ablitorum certorum vel incertorum absque auctoritate nostra se nequaquam intromittat, nec tabulas stacionarias admittat, nisi nostris literis muniantur.

31. Item statuimus, ut singuli plebani in cena Domini vel septimana sequenti crisma ab archipresbyteris per se ipsos, vel alium presbyterum, vel alium in sacris constitutum, non per campanatores seu laycos recipiant, et tunc²⁾ vetus crisma cremetur.

32. Insuper statuimus, ut nullus sacerdos, nisi nostra auctoritas³⁾ permiserit,* presumat extra ecclesiam baptizare. Item statuimus, quod banna sive trina proclamacio premittatur⁴⁾ ante copulam matrimonii in facie ecclesie contrahendi.*⁵⁾

33. Prohibemus etiam, ne quisquam sacerdotum cuiquam tribuat licenciam celebrandi nupciarum solempnites ab adventu Dom. usque ad festum Epyphanie inclusive et a septuagesima usque ad octavas pasche inclusive et a dominica in rogacionibus usque ad festum Trinitatis similiter inclusive.

34. Item ut nullus plebanus alienos neque suos parochianos in locis prophanis, maxime suspectis, sed tantum in foribus ecclesie matrimonialiter copulare presumat.

35. Item prohibitum declaramus, ut nullus in gradibus consanguinitatis vel affinitatis usque ad quartum gradum inclusive, seu clericis in sacris constituti matrimonium contrahere poterint nec presumant. Nam si qui in gradibus prohibitis scienter contraxerint, tales sententiam excommunicacionis incurront ipso facto. Mandamus igitur plebanis, ut predictum statutum parochianis suis denuncient, ne ipsis amodo ignoranciam pretendere valeant.

36. Item statuimus et mandamus, ut omnes sacerdotes beneficiati et non beneficiati, dyaconi et subdyaconi se conforment suis plebanis in licitis et honestis et in ecclesiis sub quibus degunt diebus totis

¹⁾ aut. J. — ²⁾ * — * * om. J. — ³⁾ eius ydeoma ut norat prouide. At si J. — ⁴⁾ denunciant J. — ⁵⁾ Cf. canonem concilii Laternensis IV: Omnis utriusque et eius translationem germanicam in codice Tabularii Regiomontani Nr. 61. (Ordensquart A. 60.)

¹⁾ oblacionem J. — ²⁾ om. J. — ³⁾ necessitas J. — ⁵⁾ promittatur J. — ⁵⁾ permiserit — contrahendi * — * om. Cod. 433.

duplicibus et duplicibus et rogacionum et aliis festis per nos indicendis,¹⁾ quibus processiones solemnes fieri consueverunt, in ipsis processionibus et in vesperarum thurificationibus induiti superpelliciis personaliter intersint, nisi racionabili et evidenti causa fuerint impediti, sub pena trium solidorum, quam penam contra facientes incurre volumus ipso facto, et per plebanos eandem exigi in usum ecclesie convertendam demandamus. Quod si qui rebelles in his reperti fuerint, talibus graviores penas infligemus.

37. Cum itaque ecclesie parochiales²⁾ personalem requirunt residenciam, statuimus igitur ut nullus plebanus ultra mensem ab ecclesia sua se absentet, nostra licencia non obtenta. Ceterum volumus et mandamus, quod plebani et eorum vicarii se de casibus infra scriptis nullatenus intromittant, sed confidentes aliquos eorum ad nostram auctoritatem pro absolutione remittant, cum absolutionem eorundem nobis specialiter reservamus. Et sunt hi: incestus cum consanguinea vel affine, defloratio virginum, coeuntes cum brutis, peccatum sodomie, homicidium, sortilegium, sacrilegium,³⁾ carencia fidei sive carentes fide, incendium, oppressio prolis, blasphemia sive blasphemator Dei et sanctorum, heresis, adulterium, usura publica vel occulta, voti transgressio vel eiusdem commutatio, violencia in cimiterio vel in ecclesia perpetrata, verberans patrem vel matrem, violencia contra ecclesiasticas personas attemptata.

38. Item prohibemus sub pena excommunicacionis, ut nullus sacerdos aliquem maioris excommunicacionis a iure vel ab homine excommunicatum absolvere vel eciam coram excommunicatis scienter celebrare presumat. Item ut nullus in ecclesia consecrata vel non consecrata, sanguinis iniuriosi aut seminis effusione polluta, dum tamen notorium fuerit, divina officia ante reconciliacionem celebrare presumat. Et eodem modo prohibemus, ne in cimiterio violato solemnitates et processiones consuetas peragere vel corpora mortuorum tumulare quis attemptet. Item ut nullus excommunicatum publice vel⁴⁾ a iure vel ab homine, aut nominatim interdictos, aut usurarios manifestos in ecclesiis seu cimiteriis scienter sepelire⁵⁾ presumat, quia tales sentenciam excommunicacionis incident ipso facto secundum canonicas sancções, scientes quod cimiteria et ecclesie, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda per episcopum erunt cum aspersione aque solemniter benedictae, sicut in dedicacionibus ecclesiarum fieri consuevit.

39. Prohibemus eciam plebanis, ut in ecclesiis suis, patronis et sacerdotibus honestis dumtaxat exceptis, neminem tumulare presumant sine licencia nostra speciali, hac presenti synodo insinuantes, quod sacerdos celebrans in loco ecclesiastio supposito inter-

dicto, aut suspensus vel interdictus seu excommunicatus maiori excommunicacione divinis officiis se immiscens, agendo in suo officio sicut prius, talis celebans vel se divinis immiscens officiis ante absolucionem irregularitatem incurrit ipso facto secundum canonicas sancções, a qua nequit absolvi, nisi per Romanum pontificem absolucionis seu dispensacionis beneficium meruerit obtinere.

40. Insuper statuimus, ut quicunque confugientem ad ecclesiam vel cimiterium violenter extraxerit, aut ecclesiam seu cimiterium sanguinis aut seminis effusione polluere seu effringere vel spoliare presumperit, talem presentis statuti vigore decernimus excommunicationis sentenciam incurrire ipso facto, a qua nequit absolvi, nisi ecclesie cui iniuria est irrogata satisficerit competenter, et hoc statutum mandamus singulis annis ad minus in quatuor maioribus festivitatibus in ambone per plebanos publicari.

41. Item prohibemus, ne quisquam clericus vel laycus ad nostrum iudicium citatus adversarium suum directe vel indirecte per iudicem secularem faciat impediri seu eciam molestari; alioquin iurisdictionem nostram sic impediens et impedire procurans sententiam excommunicacionis secundum statuta canonica se noverit incurrisse ipso facto, a qua absvolvi non potest, nisi (nostro) iudicio et parti lese satisficiat competenter. Insuper statuimus, ut nullus sacerdos, postquam layco iniuriam personalem vel ad effusionem sanguinis vel alias enormem intulerit, eciam si eidem reconciliatus fuerit, missam celebrare presumat, donec a nobis beneficium absolucionis meruerit obtinere. Item sciendum, quod de pena iniiciantis manus violentas in clericum vel religiosum statuere non est necessarium, cum talis iniiciens excommunicatus sit ipso iure et ad apostolicam sedem pro absolucione mittendus, nisi quorum absolucione inferioribus prelatis est reservata.

42. Statuimus eciam, ut omnes ecclesiarum rectores habeant sigilla sub nominibus ecclesiarum suarum et imaginibus patronorum suorum⁴⁾ et diem execucionis mandatorum diligenter consignent ac nostras vel officialis²⁾ nostri nec non archipresbyterorum literas currentes et mandata nostra³⁾ continentis perfectas⁴⁾ mox transmittant ulterius nec eas per noctem in eorum domibus retineant, et qui contrarium fecerit synodalem penam se noverit incurrisse.⁵⁾ Statuimus ut quotiescumque aliquis presbyter sive clericus in sacris ordinibus constitutus in dote vel

¹⁾ aliis incidentibus (niditentibus) J. — ²⁾ parochialis J. — ³⁾ om. J. — ⁴⁾ om. J. — ⁵⁾ tumulaze J.

¹⁾ om. J. — ²⁾ officii J. — ³⁾ om. R. — ⁴⁾ per literas J.

— ⁵⁾ Notandum etiam quod anno Dom. Mcccc. XVIII. decima die mensis Maii, quo generalis synodus clericorum in ecclesia Pomezaniensi celebrabatur, frater Gerardus episcopus Pomezaniensis statutum de pignorantibus presbiteros vel clericos seu in sacris ordinibus consititutos, in dote vel extra dotem, in campis sive in viis, sue declaracioni reservavit, quando censeri debeat esse lata sentencia vel ferenda. add. J.

extra dotem, in campis sive in¹⁾ viis impignoratus fuerit, ex hoc facto impignorantem excommunicacionis sentenciam incurtere volumus ipso facto. Qui²⁾ sine mora nobis denuncietur, ut contra ipsum ad publicationem sentencie nostro ex officio procedere valeamus.

43. Item statuimus, ut in nostra dioecesi festa subscripta celebrentur. In Januario circumclosionis Dom., Epyphania, et memoria s. Constancie virginis non martyris per antiphonam et collectam XII calendas Februarii habeatur, conversio s. Pauli. In Febrero purificacio s. Marie virginis, cuius vigilia ieunatur,³⁾ Mathie apostoli cuius vigilia ieunatur.³⁾ In Marcio annunciationis Marie virginis; si in ebdomada palmarum seu infra octavas pasche evenerit, tunc sabbato proximo ante dominicam palmarum cum celebritate et horis peragatur, si autem in aliam dominicam evenerit, tunc celebrites cum horis in secundam feriam transferatur. Festum pasche, sive in Marcio sive in Aprili, per quatuor dies continuos celebretur. In Aprili Georgii martyris, festum s. Marci non celebretur sed ieunatur.⁴⁾ Item ut dies s. Adalberti in crastino s. Georgii cum tribus lectionibus peragatur. In Maio Philippi et Jacobi, invencionis s. crucis, spinee corone duplex in crastino invencionis s. crucis cum tribus lectionibus sine celebrite peragatur; Johannis ante portam latinam, ascensionis Dom. eius vigilia ieunatur,³⁾ Pentecostes per quatuor dies continuos cui. vig. ieun. Corporis Christi non in commessionibus, coreis et lasciviis, sed in devocione celebretur, et hoc vestris subditis demandetur. In Junio Johannis baptiste, cuius vigilia ieunatur,³⁾ Petri et Pauli apostolorum, quorum vigilia ieunabitur. In Julio visitacionis Marie virginis totum duplex, cuius vigilia ieunatur, Divisionis apostolorum duplex et non celebretur, Marie Magdalene, Jacobi apostoli, cuius vigilia ieunatur.³⁾ In Augusto Laurencii martyris, cui. vig. ieun. Assumptionis s. Marie virginis⁵⁾ cui. vig. iei., Bartholomei apostoli, cui. vig. iei., festum decollationis s. Johannis baptiste annis singulis in diem dominicum sequentem transferatur, si autem die dominico evenerit, ibidem celebretur. In Septembri Nativitas⁶⁾ s. Marie virginis, cuius profestum⁷⁾ ieun., Exaltationis s. crucis, Mathei apostoli et evangeliste, cui. vig. iei., Michaelis archangeli. In Octobri s. Marthe hospite Dom. in vigilia s. Luce evangeliste ut festum trium lectionum peragatur, sicut de una electa non martyre, Symonis et Jude apostolorum, quorum vig. iei. In Novembre omnium Sanctorum cui. vig. iei. Huperti⁸⁾ in crastino animalium⁹⁾ pro festo novem lectionum habeatur, Martini episcopi, Elyzabeth, festum beate Marie virginis presentationis ad templum pro festo duplice XXI.

die mensis Novembris sine celebitate teneatur, Katherine virginis, cuius profestum¹⁾ ieunatur, Andree apostoli cui. vig. iei. In Decembri Barbare virginis, Nicolai confessoris, cuius vigilia²⁾ ieunatur, Concepcionis beate Marie virginis totum duplex et non celebretur, Thome apostoli cui. vig. iei., Nativitatis Dom. cui. profestum³⁾ ieunatur, Stephani prothomartyris, Johannis evangeliste, Innocentum solemniter celebrentur. Ieiunia quatuor temporum haberi poterunt per hos versus:

Vult⁴⁾ Crux, Lucia,
Cineres, carismata dya,
Quod sit in angaria
Quarta sequens feria.

Ceterum s. Johannem evangelistam patronum nostre ecclesie specialis laudis preconio honorare volentes statuimus, quod plebani nostre dioecesis memoriam eiusdem Johannis patroni nostri debeant per antiphonam et collectam in vesperis et in matutinis singulis diebus, his diebus exclusis in quibus nulla memoria haberi de sanctis est consuetum. Et per menses singulos ad minus una missa de eodem nostro patrone eciam in singulis parochiis celebretur. Ut autem hec nostra constitucio pluribus possit esse fructuosa, nos tam clericis divina celebrantibus quam quibuscumque fidelibus astantibus, qui Deum cum tribus oracionibus dominicis (et totidem angelicis salutationibus)⁵⁾ pro bono statu et tranquillitate terrarum (ac) pro nobis deprecati fuerint, XL dierum indulgenciarum⁶⁾ de iniunctis sibi penitenciis in Domino misericorditer relaxamus. Et sacerdotes populo pronuncient, quando misse prediche et quibus diebus fuerint celebrande.

43. Item volumus, quod in omnibus missis sine nota vel cum nota, in collectis ultimis secretis et complendis dicatur: et famulum tuum antistitem nostrum cum omnibus sibi commissis ab omni adversitate custodi. Sacerdotibus hec facientibus et laycis cum tribus oracionibus dominicis et totidem angelicis salutationibus Deum pro nobis deprecantibus decem dies indulgenciarum de iniunctis sibi penitenciis in Domino relaxamus. Nos insuper volentes provocare Christi fideles ad laudandum nomen Dei. omnibus vere penitentibus contritis et confessis, qui cum in missa seu horis canoniceis diurnis et nocturnis nomen Jesu Christi⁷⁾ coniunctim seu divisim, aut cum nominatur⁸⁾ nomen gloriose⁹⁾ virginis Marie, seu cum corpus Christi elevatur in missa, seu cum osculum pacis in missa datur, aut qui post missam circa finem evangelii *in principio erat verbum*, cum legitur *et verbum caro factum est*, genua flexerint, aut qui predicationibus devote interfuerint, aut qui corpora defunctorum, maxime exulum, cum ad ecclesiam et sepulturam deportantur, securi fuerint, auctoritate

¹⁾ om. R. — ²⁾ om. J. — ³⁾ ieunetur J. — ⁴⁾ ieunetur J. — ⁵⁾ om. R. — ⁶⁾ Nativitas J. — ⁷⁾ per festum. J. — ⁸⁾ Rhuperti J. — ⁹⁾ omnium martyrum J.

¹⁾ per festum J. — ²⁾ per festum J. — ³⁾ vigilia J. — ⁴⁾ velut J. — ⁵⁾ et — salutationibus om. J. — ⁶⁾ indulgencias J. — ⁷⁾ Jesus Christus J. — ⁸⁾ om. J. — ⁹⁾ om. R.

Domini nostri Jesu Christi et¹⁾ apostolorum eius Petri et Pauli et auctoritate nobis tradita, quociens cunque aliquod premissorum fecerint, decem dies indulgenciarum de iniunctis sibi penitenciis in Domino misericorditer relaxamus.

44. Item volumus, ut singulis diebus, finitis missis et vesperis²⁾ trina vice pulsetur campana pro pace, et quicunque Christi fidelis tres dominicas orationes et totidem salutaciones angelicas flexis genibus dixerit, XL dierum indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in Domino misericorditer relaxamus. — Alia omnia et singula penam annexam non habentia statuimus sub pena synodali, quam de consensu nostri Capituli ad tres marcas usuales taxamus.

45. Insuper tenore presencium statuimus et prohibemus, ne aliquis sive clericus sive laycus de cetero infra diocesim nostram officium notariatus exercere presumat, nisi autenticas suas nobis exhibeat et per nos fuerit³⁾ expresse approbatus.

Et ut predicte constituciones nostre in suis articulis seu capitulis firmius teneantur, presentes literas fieri et nostri et Capituli nostri sigillis⁴⁾ fecimus communire.

Lecta publicata et in scriptis redacta sunt huiusmodi statuta apud ecclesiam nostram Pomezaniensem sub anno eiusdem M. CCCC. XI., indicione quarta, feria tercia infra octavas ascensionis Dom., que fuit dies XXVI. mensis Maii, presentibus venerabilibus fratribus nostris et dominis Magistro Bertramo preposito, Johanne Marienwerder sacre theologie professore decano, Johanne Tyfense custode, Johanne Pfaffendorff scolastico, Johanne de Jauten cantore, Magistro Petro de Gdanzk plebano, Arnoldo de Resemburg,⁵⁾ Nicolao Berga de Konigsberg,⁶⁾ Martino de Gardzey, Laurentio de Bowtaw, Casparo de Ostirrode, Johanne Mewa, prelatis et canonicis ecclesie nostre predicte, nec non domino Johanne Hübener et Johanne de Redin, officialibus curie nostre, et Andrea de Nuwenmarkt notario nostro, qui presencia habuit in commisso, testibus fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

II. Confirmacio statutorum synodalium per Reverendum Dom. Gerardum Pomezaniensem die 10. Maii 1418.⁷⁾

Frater Gerardus, Dei et apostolice sedis gratia episcopus Pomezaniensis, universis et singulis presbyteris et clericis curatis et non curatis⁸⁾ per nostram diocesim ubilibet constitutis salutem in Domino. Ad vitandum labores et expensas ecclesiarum desolatarum diocesis nostre statuta per dominum Johannem bone

memorie, predecessorem nostrum immediatum, in synodo generali edita de consilio, voluntate et consensu venerabilis Capituli nostri Pomezaniensis approbamus, ratificamus et confirmanus eaque in suis articulis et penis per archipresbiteros, plebanos, prepositos, vicarios, presbiteros, dyaconos, subdyaconos et clericos tempore regiminis nostri teneri volumus et observari, nisi aliud duxerimus ex causa rationabili statuendum, in cuius rei testimonium sigillum nostrum supradictis statutis est appensum sub anno Domini M. CCCC. XVIII., indicione XI. die X. mensis Maii, in quo synodus generalem celebravimus clericorum in ecclesia nostra Pomezaniensi, pontificis sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, divina providencia pape quinti, anno eiusdem primo, presentibus ibidem venerabilibus fratribus nostris Martino de Gardsey preposito, Henrico decano, Johanne Tyfense custode, Petro de Gdanzk scolastico, Ludolfo cantore, Casparo de Osterrode plebano, Johanne Mewa de Heilsberg, Laurencio de Butow, Jacobo Hauwendrescher, Baltasar Albi de Rosenberg, canonicis Pomezaniensibus, nec non Johanne de Redin officiale curie nostre, Johanne Rosener de Sorow et Johanne Libenwald, notariis publicis, nec non Caspar Schild de Marienburg, Laurencio Carpentarii de Tborun, capellanis nostris, presbyteris et clericis Misnensis, Culmensis et Pomezaniensis diocesum.

III. Confirmacio statutorum synodalium per Reverendum patrem dominum Johannem Episcopum Pomezaniensem, die 23. Septembris 1428.¹⁾

Frater Johannes, Dei et apostolice sedis gracia tertius²⁾ episcopus Pomezaniensis, universis et singulis presbyteris et clericis curatis et non curatis per nostram diocesim ubilibet constitutis salutem in Domino. Ad vitandum labores et expensas ecclesiarum desolatarum diocesis nostre statuta per bone memorie dominum Gerhardum predecessorem nostrum immediatum in synodo generali confirmata et approbata de consilio, voluntate et assensu venerabilis nostri Capituli consensu de novo edita apponendo et adiiciendo eaque omnia et singula in suis articulis et penis per archipresbiteros, plebanos, prepositos, vicarios, presbiteros, dyaconos, subdyaconos et clericos tempore regiminis nostri teneri volumus et observari, nisi aliud duxerimus ex causa rationabili statuendum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum supradictis statutis est appensum sub anno Domini M. CCCC. XXVIII. indicione sexta, die Jovis vicesima tercia mensis Septembris, in quo sy-

¹⁾ om. J. — ²⁾ missarum et vesperarum (sollempniis) J. — ³⁾ faciat. J. — ⁴⁾ sigillorum appensionibus J. — ⁵⁾ Resensburg J. — ⁶⁾ Konigsberg J. — ⁷⁾ Ex iisdem codicibus Regiomontanis quibus statuta (I.) exhibentur. Cf. Jacobson I. c. p. (161). — ⁸⁾ et non curatis om. J.

¹⁾ Textum sequimur instrumenti originalis in pergameno scripti et sigillo episcopali muniti, quod asservatur in Tabulario Regiomontano L. 34. (R.) adhibentes etiam codicem eiusdem Tabularii Nr. 73 (fol. 5—6) et Bibliothecae Regiae Regiom. in 4. Nr. 433 fol. 7—8) ex recensione H. Jacobson (J.) I. c. p. (162)—(163). — ²⁾ om. J.

nodum generalem celebravimus clericorum in ecclesia nostra Pomezaniensi,¹⁾ pontificatus²⁾ sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti anno XI., presentibus ibidem venerabilibus fratribus nostris Martino de Gardzee preposito, Magistro Ludolfo decano, Henrico custode, Caspero (de Osterode)³⁾ scolastico, Jacobo Hawendresser,⁴⁾ Laurencio de Bülow vicecommendatore, Jacobo Barenwald plebanu et Laurencio Persk cellarario,⁵⁾ testibus ad premissa vocatis, petitis et rogatis. Tenor vero statutorum per nos editorum et appositorum sequitur (et est) talis:

1. Insuper⁶⁾ volumus et statuimus, quod quilibet plebanorum debeat habere et pater noster et credo in vulgari secundum tenorem registri nostri.

2. Item quod quilibet sacerdos debeat predicare de libro de quo studuit ad vitandum errores et pericula.

3. Item quod non fiant duo cantus in ecclesiis parochialibus simul et semel.

4. Item quod gloria in excelsis, credo et pater noster (in missis cantandis)⁷⁾ non pretermittantur, sed integre a choro cantentur.

5. Item quod omnes ecclesiarum plebani conforment se ecclesie nostre cathedrali in collectis in missis⁸⁾ imponendis, et⁹⁾ in horis canonicis, et quod omnino sint conformes in omnibus secundum ecclesiam nostram cathedralem.

6. Item quod proclamaciones matrimoniales tribus vicibus fiant in ecclesiis parochialibus, tam ubi vir moratur, quam ubi virgo seu mulier consueverat inhabitare, ad vitandum pericula inde eveniencia.

7. Item statuimus et ordinamus, quod festum sancte Anne matris¹⁰⁾ virginis gloriose cum celebrazione ad diem dominicum immediate sequentem transferatur eciam ad quemcunque diem in septimana evenerit, et tunc ut et tanquam festum totum duplex celebretur, et si evenerit ad diem dominicum, tunc eodem die dominico taliter celebretur.

8. Item ultimo prohibemus, ne aliquis archipresbyterorum aut plebanorum alias indulgencias in ecclesiis suis pronunciet aut pronuncciare permittat, donec confirmationem earundem a nobis meruerit obtinere.

¹⁾ in — Pomezaniensi om. J. — ²⁾ pontificis J. — ³⁾ om. R. — ⁴⁾ Harwendrescher cantore J. — ⁵⁾ .. prelatis et canonicis ecclesie nostre pomezaniensis nec non Nicolao Fabri de Redin et Johanne Tylonis de Dithrichsdorf notariis publicis, clericis culmensibus et pomezaniensibus add. J. — ⁶⁾ om. R. — ⁷⁾ om. R. — ⁸⁾ om. J. — ⁹⁾ om. J. — ¹⁰⁾ martyris J.

IV. Statuta syuodalia ecclesiae Pomezaniensis, edita Mariaeinsulae d. XXII. Septembbris a. 1440.¹⁾

Frater Caspar, Dei gracia Episcopus Pomezaniensis, universis et singulis presbyteris et clericis curatis et non curatis per nostram diocesin ubilibet constitutis salutem in Domino. Ad vitandum labores et expensas ecclesiarum desolatarum diocesis nostre statuta per bone memorie dominum Johannem predecessorem nostrum immediatum in synodo generali confirmata et approbata de consilio, voluntate et assensu venerabilis Capituli nostri Pomezaniensis approbamus, ratificamus et confirmamus, certa statuta a nobis de venerabilis nostri Capituli consensu de novo edita apponendo et adiciendo. Eaque omnia et singula in suis articulis et penis per archipresbyteros, plebanos, prepositos, vicarios, presbyteros, dyaconos, subdyaconos et clericos tempore regiminis nostri teneri volumus et observari, nisi aliud duxerimus ex causa rationabili statuendum. In cuius²⁾ rei testimonium sigillum nostrum supradictis statutis est appensum sub anno Domini millesimo quadragesimo secunda mensis Septembbris, que fuit dies s. Mauricii, in quo⁴⁾ synodus generalem celebravimus clericorum in ecclesia nostra Pomezaniensi. Presentibus ibidem venerabilibus fratribus nostris Michaeli preposito, Andrea de Grudenz decano, Laurencio custode, Laurencio Persk scolastico, Andrea Falkenaw cantore, Laurencio vicecommendatore, Luca plebano, Nicolao Jacobo de Gdanzk, Jacobo Hauwendrescher cellarario, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Tenor vere statutorum per nos editorum et appositorum sequitur et est talis.

1. Volumus et statuimus, ut festum conceptionis beate Marie virginis gloriose quounque die evenerit ut festum totum duplex cum celebrazione peragatur, quamvis in statutis prius editis sine celebrazione est expressum.

2. Item statuimus, ut festum undecim milium virginum cum celebrazione ad diem dominicum immediate sequentem transferatur,⁵⁾ eciam ad quemcunque diem in septimana evenerit, et tunc et tanquam festum duplex celebratur. Et si evenerit ad diem dominicum, tunc eodem die dominico taliter celebretur.

3. Item statuimus, ut antiphonia *Alma redemptoris* cum versiculo *ora pro nobis* et collecta *concede misericors deus fragilitati nostre* etc. post horas beate Virginis observetur, sicut solet dici *salve regina* post horas canonicas. Et quicunque eandem devote di-

¹⁾ Textum sequimur instrumenti originalis in pergamen scripti et sigillo episcopali quondam muniti, quod asservatur in Tabulario Regiomontano Schbld. L. 35 (R), adhibentes etiam codicem Bibliothecae Regiae Regionis, in 4. Nr. 433 ex recensione H. Jacobson (J.) l. c. p. (164)–(166). — ²⁾ eius. J. — ³⁾ XI. J. — ⁴⁾ qua J. — ⁵⁾ transeat J.

xerint, tociens quociens hoc fecerint XL dies indulgenciarum de iniunctis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus.

4. Item statuimus, ut quilibet plebanorum debet habere pater noster et symbolum in vulgari secundum tenorem registri nostri.

5. Item statuimus, mandamus, firmiter observari volumus, quod gloria in excelsis, pater noster et credo in missis cantandis¹⁾ non pretermittantur, sed integre a choro cantentur simplici nota sine cantico mensurali,²⁾ cum melior cantus isto tempore fieri³⁾ non possit. Contrafacentes volumus pena synodalii subiacere.

6. Item cum ut frequenter provisores laici, vulgariter Kirchenfether, ecclesiarum parochialium testata alias legata et ad tabulam oblata a fidelibus ac eciā obvenciones redditus ipsarum ecclesiarum ad nutum suum dispensant et in usus suos convertunt et sibi invicem et aliis gratis amicis mutuant etc., unde devocio minuitur ad testandum et donandum pro fabrica ecclesie, discordieque inter plebanos et ipsos provisores suscitantur in gravem ecclesiarum iacturam et dampnum: Huic morbo obviare cupientes statuimus et mandamus, quod deinceps in qualibet ecclesia parochiali diocesis nostrae reservaculum certum pro huiusmodi legatis et alias quovis modo oblatis et donatis, sive in redditibus sive proventibus, ipsis ecclesiis vel fabricis ordinetur et deputetur et cum tribus seris et tribus clavibus, quarum clavium provisores duas, terciam vero plebanus habeant, sic quod nichil de huiusmodi reservaculo recipiatur nisi sub scriptura, et quod ipse plebanus intersit racioni per ipsis provisores fiende⁴⁾ que racio fieri debet coram pocioribus oppidorum et villarum, nisi tunc aliter per nos fuerit ordinatum. Transgressores presentis statuti volumus esse prohibitos ab ingressu ecclesie. Mandamus igitur, ut quilibet archipresbyter diocesis nostrae presens statutum in ecclesiis sub sede sua constitutis bis in anno coram Christi fidelium multitudine publice de ambone publicet et observare demandet⁵⁾ tempore congruente.⁶⁾

7. Eciā ad evitandum inconveniencia⁷⁾ et quam plura scandala non modica statuimus, quod nullus plebanorum diocesis nostrae copulet aliquos ignotos et alienos extra parochiam suam moram trahentes, nisi prius licencia nostra obtenta, sub pena in statutis expressis.

8. Item statuimus, ut quilibet vestrum populum sibi commissum inducat exhortando et publice de ambone intimet et pronunciet, ut quicumque, cum versus *Te ergo quesumus canitur in cantico Te deum laudamus, flexis genibus unum⁸⁾ Ave Maria devote dixerit, tociens quociens hoc fecerit, XIIIII*

dies indulgenciarum misericorditer eidem similiter et cantantibus versum eundem relaxamus.

9. Item mandamus prohibendo, ne aliquis plebanorum dioce-sis nostre aliquas indulgencias in ecclesiis suis pronunciet aut pronunciari permittat, nisi prius obtentis a nobis literis confirmacionis earundem.

10. Volumus eciam et firmiter observari mandamus, ut quilibet plebanorum diocesis nostre debeat habere statuta integra in ecclesia sua secundum tenorem curie nostre Pomezaniensis a predecessoribus nostris edita et confirmata, que eciam per nos confirmamus per presentes una cum statutis per nos additis. Que mandamus, ut infra hinc et festum nativitatis Christi a cancellaria nostra recipientur Transgressores ipsorum statutorum non solum synodalem, sed et graviorem penas se noverint incurvuros.

11. Item statuimus, ut antiphona *O virgo virginum* etc. cum versiculo *post partum virgo* etc. et collecta *Deus qui¹⁾ salutis aeterne²⁾* etc. post evangelium *liber generacionis* in nocte Christi ante Te Deum laudamus sollempniter decantetur. Et qui-cunque cantaverint,³⁾ legerint atque qui interfuerint et unum pater noster et unum Ave Maria devote oraverint ad honorem Dei, eisdem XIIIII dies indulgenciarum misericorditer in Domino relaxamus. Committentes igitur vobis parochianis vestris presens statutum publicare.

V. *Additiones statutorum synodalium per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum¹⁾ Johannem IV. ecclesie Pomezaniensis episcopum et eorundem confirmatio²⁾ c. 1480.*)*

1. Item statuimus et ordinamus, quod in qualibet ecclesia parochiali, in qua et quociens sacerdotes fraternitates suas peregerint, statuta synodalia inter eos ipsis audientibus cum diligencia legant³⁾ sub pena extinctionis fraternitatum earundem, quodque prepositi fraternitatum earundem infra mensem a die peracte fraternitatum debeant de huiusmodi leccione expensis fraternitatum per se vel per scripta nos vel⁴⁾ officiale stratum securum et certum reddere.

2. Item quod rector parochialis colligens apud se parentes vel consanguineos utriusque sexus, inventarium facere debet coram fide dignis personis et parochianis de quibuslibet bonis per eos introductis. Alioquin de bonis post mortem rectoris nihil exigere poterunt et debebunt. Idem in famulabus quas matronas dicimus volumus observare.

¹⁾ quum J. — ²⁾ externe J. — ³⁾ legerint — oraverint om. J.

*) Textum sequimur codicis ms. Nro. 61 Tabularii Regiomontani (R.), adhibentes etiam codicem 60 (fol. 7—9) eiusdem Tabularii ex recensione H. Jacobson (J.) l. c. p (167—171).

¹⁾ Reumum — dominum om. J. — ²⁾ et confirmatorum om. J. — ³⁾ legantur J. — ⁴⁾ aut R.

¹⁾ cantando J. — ²⁾ mensuali J. — ³⁾ opefici J. — ⁴⁾ faciente J. — ⁵⁾ demandat R. — ⁶⁾ congruenti R. — ⁷⁾ inconvenienciam J. — ⁸⁾ verbum J.

3. Item statuimus et ordinamus, quod rectores parochialium ecclesiarum sibi servientibus utrisque sexus salarium conventum singulis annis persolvant, et ipsi servientes ab eis singulis annis salarium conventionis exigant, ne post mortem rectorum in fraudem successorum aliquid detunc¹⁾ ab eisdem servientibus, prout hactenus actum, confignatur. Nec eis suffragari debet confessio rectoris defuncti in extremis, cum talis confessio plerumque reperiatur conficta et fraudulenta.

4. Item mandamus sub pena excommunicacionis, quod promoti ad ecclesias parochiales quacunque auctoritate mox post habitam possessionem debent de omnibus inventis coram notabilioribus parochie inventarium duplicatum facere, quorum unum apud rectorem, reliquum apud parochianos permaneat, ut si expost ecclesias suas resignare pure aut causa permutacionis pro simplici vel curato beneficio decreverint, huiusmodi ecclesias eo vel meliori modo dimittant, abusum illum quo curati cum permutantibus mobilia concudunt detestantes.

5. Item quod in sacris constituti cum sibi servientibus et aliis quibuscunque feminis ad forum fraternitatum vel alias pedes vel curru non vadant, cum ex hoc oritur detraccio et scandalum plurimorum.

6. Item precipimus omnibus curatis, ut²⁾ parochianis suis, maxime Polonis et Prutenis, post sermonem oracionem dominicam, angelicam salutationem, symbolum et confessiouem astatim et tractim de ambone pronuncient, quemadmodum a predecessoribus nostris extat institutum, ut ex fideli recitacione huiusmodi valeant perficere ignorantes. Nescientes oracionem dominicam, symbolum et angelicam salutationem, sive Theotonici, Poloni sive Pruteni, a communione sacre eukaristie sint omnino alieni.

7. Item statuimus, ne quis de causis matrimonialibus et aliis causis quibuscunque ad forum nostrum spectantibus vel de casibus nobis specialiter reservatis, eciam si dubium sit an sit casus reservatus, se nullatenus intromittere presumat, sed quia in statutis nostris certos casus a iure et a predecessoribus nostris Pomezaniensibus episcopis repemus reservatos, quos nobis cum certorum³⁾ sequencium casuum addicione reservamus; sunt trucidaciones sive mutilaciones membrorum, lusorum et ludencium in nocte Christi, prodicio proprii domini, mechia, incestus cum commatare vel patrina aut aliqua ex baptismo vel confirmatione spiritualiter attinente, item percussor vel detentor clerici per vestem, vel per frenum, vel perfundens cum aqua, vel spuens in eius faciem, aut captivans aut in capivitate retinens clericum vel personam religiosam, sive hoc fieri mandans seu procurans. Item violencia⁴⁾ ecclesie vel cimiterii. Item infidelitas dampnosa facta epi-

scopo. Item absolucio sacerdotum vel confessorum, qui in his et superioribus casibus seu eorum aliquo, in quo absolvere non poterunt, absolvunt.¹⁾

8. Item turpem illum abusum, quo certis anni temporibus celebrioribus nonnulli mercancias²⁾ nundinarum³⁾ in ecclesiis vel cimiteriis venales exponunt detestantes prohibemus, ne curati amplius fieri permittant.

9. Item laudabilem consuetudinem in certis locis observatam innovantes precipimus, quod parentes parvulos suos ad eligendum sibi apostolum pro devozione et custodia eorundem fideliter inducere debent, alioquin parvuli hoc negligentes seu contemptentes a sacramento venerabili eukaristie existant alieni.

10. Item si quispiam parochianorum ante medium quadragesime confiteri contempserit, eius confessio nullatenus⁴⁾ audiri debet et penitencia salutaris imponi. Sed pro contemptu cleri, si gravis fuerit, a percepcione venerabilis sacramenti ad tempus suspensi vel remitti poterit, sicut pro aliis enormibus criminibus, de quibus de iure quis foret remittendus sive suspendendus.

11. Item statuimus quod parochiani, cuiuscunque lingue fuerint, diebus dominicis et festivis fideliter ad suam ecclesiam parochialem confluant, divina et predicaciones ad edificationem fidei audiant, si boni christiani velint reputari; negligentes et remissi in premissis per suos rectores moniti, si se emendare non curaverint, careant ecclesiastica sepultura.

12. Iem prohibemus sub pena suspensionis ab officio et beneficio, ne quis matrimonia solemnizet⁵⁾ seu copulet, nisi ambo vel alter saltem copulandorum sit de sua parochia et alter sit sibi notus, hoc adiecto quod nominibus propriis et cognominibus locis eorum nativitatis expressis specificatio fiat.

13. Item statuimus, quod parochianorum matrimonia oracionem dominicam, angelicam salutationem et symbolum ignorancium per sacerdotem curatum auctorisari non debent, tamquam in fide minime instructorum, donec informati fuerint de eisdem.

14. Item prohibemus, ne quis crismados crismet de veteri crismate sub pena deposicionis.

15. Item statuimus et ordinamus, quod vestes sacerdotum et in sacris existencium sint talares et undique clause.

16. Abusum aliquorum sacerdotum, qui missas privatas sine ministro aut preter secretas oraciones ita submissa voce legant, quod a circumstantibus audiari non possunt abolentes, statuimus ut qui in his transgressor inventus fuerit a nobis sive officiabus nostris⁶⁾ debita pena castigetur.

17. Item volumus et ordinamus, quod omnes sacerdotes in nostra dioecesi existentes, cuiusunque sint diocesis, in breviariis et⁷⁾ in collectis imponen-

¹⁾ detur J. — ²⁾ et J. — ³⁾ ceterorum J. — ⁴⁾ violacio J.

¹⁾ absolverunt. J. — ²⁾ mercaciones J. — ³⁾ nundinarum J. — ⁴⁾ nullo modo J. — ⁵⁾ solemnizat R. — ⁶⁾ sive nostris om. J. — ⁷⁾ nota add. R.

dis, lectionibus, epistolis et evangelii accentuandis ecclesie nostre matrici¹⁾ sub pena synodali se conforment; in breviariis tamen disponendis a data presentis ad duos annos propter ecclesiarum paupertalem dispensamus.

18. Item statutum predecessoris nostri de suffragio sancti Joannis Evangeliste faciendo volumus observari, sed missam de eodem in melius commutare cultumque divinum et sanctorum eorumque veneracionem propensioribus desideriis ampliari ac populi nobis (crediti) animas Deo lucrificare salutemque eiusdem quantum possumus procurare cupientes, statuimus et mandamus, quod in omnibus ecclesiis parochialibus nostre iurisdictioni subiectis de sancto Joanne Evangelista patrono ecclesie nostre matricis, quem peculiaribus laudum insigniis honorare volentes singulis septimanis feria tercia, dummodo festum aliquod non impedierit, de eo officium misse volumus sub pena synodali striccius observari, omnibusque Christi fidelibus huiusmodi officio astantibus XL dies de iniunctis sibi penitenciis in Domino misericorditer relaxando addicimus.

19. Item festum sancti Erasmi, quod tercia die mensis Junii solet evenire (et) a diversis diversis anni temporibus solet observari, volumus et statuimus, prout a predecessore nostro sub tribus lectionibus statutum existit, in suo loco observari.

20. Cum itaque infra festum nativitatis Domini et purificationis nulla de domina nostra sabbatis diebus habeatur memoria, statuimus et ordinamus singulis diebus sabbatis, dum festum aliquod vel festorum octave non impediverint, de domina nostra officium diurnum et nocturnum in forma subnotata per diocesim nostram ab omnibus observari. * Ad primas vespertas imponitur capitulum: „sicut cynamomum.“²⁾ Responsorium: „confirmatum est cor virginis,“ ymnus: „a solis ortus,“ versus: „post partum,“ ad magnificat autem oratio: Deus qui salutis, ad completorium: Virgo maria, ymnus: fit porta, ad „nunc dimittis“: „sub tuum presidium confugimus.“ Ad matutinum invitatorium: in honorem, ymnus: quem terra. In fine omnium ymnorum dicantur isti duo versus: memento salutis auctor, et gloria tibi domine, qui natus es de virgine. Ad nocturnum: Benedicta tu; ad IX psalmos de dna versus: post partum; responsorium (I): sancta et immaculata, responsorium (II): nesciens mater virgo, responsorium (III): continet in gremio. Te Deum. Ad laudes: haec sola, o admirabile; capitulum: ego quasi lilium inter, ymnus: o gloria domina, versus: elegit eam; ad benedictus: nesciens virgo mater; oratio ut supra; ad horas: ad primam: o admirabile etc., ad ceteras antiphone, responsoria, versus, capitula ut in nativitate; ad nonam terminabitur officium.^{*3)}

¹⁾ matricei. — ²⁾ Eccli. 24,20. — ³⁾ *—* (Ad primas officium) textus male lectus et intellectus ap. J.

Dioceasan-Nachrichten.

1. Personal-Nachrichten.

13. April. Pfarrer Joseph Kiszporski in Götkendorf auf die Pfarrstelle in Gr. Bertung und Commendarius Paul Anhuth in Noblojen als Pfarrer in Kalkstein kanonisch instituit; Pfarrverwalter Johannes Keneshock in Gr. Bertung in gleicher Eigenschaft nach Götkendorf versetzt. Dem Curatus Franz Slowronski in Niedelsberg wird die commendarische Verwaltung der Pfarrstelle zu Noblojen übertragen; Kaplan Paul Hohmann in Tilsit zum Missionspfarrer in Niedelsberg befördert, Kaplan Conrad Wronka in Blaufen als Kaplan in Tilsit angestellt.

2. Lyceum Hosianum in Braunsberg.

(Vgl. Past.-Bl. 1897. S. 79.)

1. Von den Abhandlungen in den Indices lectionum sind seit Ostern 1897 erschienen (Heft 1897): De natura hominis physica et morali quid Clemens Alexandrinus docuerit. Particula I. von Prof. Marquardt (149); (Ostern 1898): Quibus de causis ecclesia per se ipsa sit motivum credibilitatis et divinae sua legationis testimonium. Particula II. von Prof. Kranich (150). — Als Preisfragen für 1897/98 waren folgende Themen gestellt worden: a) Psalmus vicesimus alter (secundum Vulgatam vicesimus primus) explicetur et illustretur (bearbeitet von den Studirenden Ant. Schulz und Ant. Krüger); b) Quae vera sit ecclesiam inter et rempublicam relatio, ex utriusque instituti natura eruatur (bearbeitet von Studiosus J. ac. Brzeszczynski); c) Quando quibusque legibus Capitulum Warmiense terras dominio suo subditas colonis viritim locaverit (bearbeitet von den Studirenden Aug. Neumann und Jof. Heppner). — 3. Die Zahl der immatrikulirten Studirenden beträgt nunmehr 61; außerdem sind zum Hören der Vorträge berechtigt 12 Cleriker. — 4. Am 28. Februar habilitirte sich der Convictspräfekt Dr. Bernhard Gigalski als Privatdocent an der theologischen Facultät.

3. Die Lieferung von Meßweinen betr.

Zur Ergänzung unserer Mittheilung in Nr. 3 (S. 35) fügen wir noch bei, daß Kaufmann B. Hirshberg aus Wartenburg auch solche Meßweine an die Kirchen der Diözese zu liefern berechtigt ist, die er aus der Pfarrer Schenck'schen Kellerei zu Hochheim bezogen hat, sowie solche Ungarweine, die ihm als Meßweine aus approbierten Quellen, z. B. von katholischen Geistlichen, geliefert worden sind.

Literarisches.

1. Katholizismus und Protestantismus in Ostpreußen einst und jetzt. Von Dr. Warmensis. Braunsberg bei E. Bender. 1898. 98 S. 8. 1,50 M.

Auf Grund zuverlässiger Quellen und amtlicher Statistiken entwirft das vorliegende, sehr erwünschte und empfehlenswerthe Schriftchen ein Bild der Stellung der beiden Confessionen zu einander von der Säcularisirung des Ordensstaates ab bis auf unsere Tage. Gegenüber der leidenschaftlichen und tendenziösen Art, in welcher diese Verhältnisse von der unter dem Einfluß des evangelischen Bundes und des Vereins zur Förderung des Deutschthums im Osten stehenden Presse in Tagesblättern, Brochüren und größeren Schriften von Fink, Keil, Szyrgens u. a. behandelt wurden, berührt die objective Haltung und der nirgends verlegende Ton des Verfassers in angenehmster Weise, und der reiche, mit Fleiß und Geschick aus dem sehr zerstreuten Material geschöpfte Inhalt seiner Arbeit belehrt und fesselt von Anfang bis zum Schluß. Im Einzelnen kommen die Einführung der „Reformation“ (1523–1568), das Eindringen des Protestantismus und die Gegenreformation in Ermland (1523–1600), die confessionellen Verhältnisse in Altpreußen sc. von 1600–1772 und die Zeit von der Säcularisation Ermlands bis jetzt (1772–1897) zur Besprechung. Einige statistische

Tabellen schildern am Schlusse die Kirchen- und Schulverhältnisse der kath. und evang. Diaspora im Ostpreußen und Ermland und beweisen in Zahlen, wie viel z. B. auch bei uns noch fehlt, damit die volle Parität zwischen den beiden Confessionen zur Thatache werde. (Vgl. oben S. 36 und 47).

2. J. B. v. Weiz, Weltgeschichte. 22. Band. Graz 1898. XIV und 914 S. 8. Preis 8,20 Mk.

Mit diesem Bande hat der Verfasser das nächste Ziel seiner großen Arbeit erreicht, den Abschluß des Wiener Congresses. Er zeigt uns darin den Zweingherrn von Europa auf der Höhe seiner Laufbahn und dann seinen tiefen Fall, in den Jahren 1809—1815. Im Anfang die düstere Spannung, die auf die Schlacht bei Wagram folgte, die Niederlage der Österreich, der Frieden von Schönbrunn, die Verzweiflung des Volkes; dann aber, im Gegensatz dazu, der Zug nach Russland, die Volkschlacht von Leipzig und die Verbannung des Mannes, der die Weltbeherrschung angestrebt hatte, nach Elba und endlich nach St. Helena! Alles mit der Unparteilichkeit, Gründlichkeit und Meisterschaft dargestellt, die unseren Historiker auszeichnet. Möchte es ihm am Abende seines Lebens beschieden sein, auch den Abschluß des scheidenden 19. Jahrhunderts, die Zeit, die er selbst durchlebt, noch darzustellen und so seinem monumentalen Werke die Krone aufzusezen.

3. Aus Lebens Liebe, Lust und Leid, ein Pilgersang zur Abendzeit von Cordula Peregrina. Innsbruck. Druck und Verlag von Fel. Rauch. 1897. Gebunden 3,40 Markt.

Die bekannte Convertitin C. Wöhler bietet hier 150 ihrer besten Gedichte denjenigen, welche in Leid und Freud an-

christlichen Idealen Trost und Erquickung finden. Die Ausstattung des Buches entspricht dem schönen Inhalte, der zugleich eine poetische Selbstbiographie darstellt und uns berichtet, wie aus der lutherischen Pfarrerstochter die Sängerin des ewigen Lichthes geworden.

4. Das übernatürliche Leben. Katechetische Vorträge über die göttliche Gnade. Von Benedict Nepefny, Beneficiat. (Dreiundzwanzigstes Bändchen der „Katechetischen Handbibliothek“) Kempten 1898. Verlag der Kösel'schen Buchhandlung. Markt 1,80.

In diesem Bändchen ist ein reicher und gebiegener Stoff zu katechetischen Predigten über die eben so wichtige als schwierige Gnadenlehre enthalten.

5. Sieben Fastenpredigten über drei Jünger des Herrn (Judas, Petrus, Johannes) von P. Vigilius Meran, Kapuziner. Mit kirchlicher Approbation und Erlaubniß der Obern. Innsbruck 1898. Verl. v. Fel. Rauch. 0,80.

Diese Fastenpredigten entsprechen ganz den Anforderungen, welche das bekannte Rundschreiben der S. C. Epp. et Reg. bezüglich der heiligen Verehrsamkeit stellt und werden wegen der Frische und Originalität ihrer Haltung sicher eine gute Aufnahme finden.

6. Maria-Immer-Hilf-Büchlein. Privatandachtsübungen besonders geeignet für die Mitglieder der Bruderschaft „H. L. Frau von der immerwährenden Hilfe.“ Von einem Priester des Redemptoristen-Ordens. VI und 182 Seiten. Mit einem Titelbilde. Geb. in Leinwand 40 Pfg. M.-Gladbach, A. Riffarth. — Für die auf dem Titel bezeichneten Kreise recht empfehlenswerth.

Anzeige.

Nener Verlag der Jos. Kösel'schen Buchhandlung in Kempten.

Zu beziehen durch alle Buchhandlungen des Inn- und Auslandes.

Das übernatürliche Leben. Katechetische Vorträge über die göttliche Gnade. Von Benedict Nepefny, Beneficiat. Mit bischöflicher Approbation. (Katechetische Handbibliothek 23. Bändchen.) fl. 8°. 350 Seiten. Preis brosch. Mk. 1,80, gebd. M. 2,10.

Kurzer Braut-Unterricht. Materialien und Winke insbesondere für jüngere Priester praktischer Brautericht, nebst einer populären Darstellung der hauptfächlichen Ehehindernisse, sowie einer Skizze für das Examen der Brautleute von einem Seelsorgsgeistlichen. Mit bischöfsl. Approbation. (Katech. Handbibliothek 24 Bändchen.) fl. 8°. VIII u. 72 S. Pr. brosch. 80 Pf., gebd. M. 1,10.

Von mehreren in der Praxis stehenden Geistlichen, welche das Manuscript dieses „Brautunterrichtes“ vor Drucklegung prüften, wurde dasselbe als ein ganz außerordentlich praktisches Hilfsmittel für die Abhaltung des sogenannten Brautexamens bezeichnet, das diese wichtige Materie nach allen Seiten hin in populärer Darstellung in erschöpfender Weise behandelt und daher namentlich jüngeren Priestern ganz vorzügliche Dienste leisten dürfte. Das Büchlein ist so eingerichtet, daß es ev. auch Brautleuten und jungen Ehepaaren zum Lesen gegeben werden kann. Den Reinertrag hat der Verfasser zur einen Hälfte für den Bonifacius-Verein, zur anderen Hälfte für den Verein der hl. Kindheit Jesu bestimmt.

Kurzer und Beicht-Unterricht für Kinder. (Abdruck aus den „Katechetischen Blättern.“) Dritte Auflage. Mit überhörtlicher Approbation. (Katechetische Handbibliothek 25 Bdh.) 8°. 16 S. Preis 15 Pf., 50 Ex. M. 6,50, 100 Ex. M. 12.—

Ein in der Praxis wohlprobtes Hilfsbüchlein für den ersten Beichtunterricht.

Über die Erhebung der Pädagogik zur Wissenschaft. Von Dr. Otto Willmann, Professor in Prag. (Pädagogische Vorträge Heft 22.) 40 S. 8°. Preis brosch. 50 Pf.

Der durch seine vorzügliche „Didaktik“ rühmlichste bekannte Verfasser bietet hier eine geistvolle philosophisch-pädagogische Abhandlung, die sicher eine Zierde unserer „Pädagogischen Vorträge“ genannt werden darf.

Für Ostern empfehlen wir:

Bleibe fromm und gut! Ein Begleiter aus der Schule in das Leben. Herausgegeben von Jos. Kinderbibliothek 33/34. Bdh.) Preis p. Bdh. geh. 25 Pf., in 1/2 Leinw. geh. 35 Pf., in 1/2 Leinw. geh. 55 Pf. Partieweise (auch gemischt): 10 Ex. M. 2,25, 25 Ex. M. 5.—, 50 Ex. M. 8.—, 100 Ex. M. 15.—

Mit einer Beilage von A. Müller's Verlagsgeschäft für den kathol. Clerus, Innsbruck u. München, Adalbertstr. 44.

Druck und Verlag der Ermländischen Zeitungs- und Verlagsdruckerei (J. A. Wichert) in Braunsberg.